



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. XV. Baiulandi Crvcem Christvs se formam exhibuit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

CAPVT XV.

*Baiulandi CRVCEM Christus se formam
exhibuit.*



VDITIS hūce, ab itum parabo
Staurophila, atque Gratiā, in
quit, ago tibi Domine IESU
quia docuisti ancillam tuam
VIAM salutis: tempus nunc est
vt reuertar ad patrem, quò iam præcesserim
sorores, & vereor, querimonias deposuerim
non leues: & si parentem noui, ægrè tulerim
moram hanc meam, & quòd germanas com-
mitata non fuerim. Id verò, si acciderit, quò
bat Christus, habebis profectò vnde VIAM
CRVCIS auspiceris: & parum, mihi crede
idonea CRVCIS gerula eris, si paterna non
feras verba. Interim vade in pace, & si VIAM
CRVCIS non tam discere quàm perambulare
desideras, fac paucos intra dies hūc denique
te sistas, vt CRVCEM tollas, & me sequaris.

Dabo, inquiebat illa, operam: sed vnum
hoc doceri velim, quid intereà temporis mihi
faciendum, quibúsve exercitiis animus ad
CRVCEM præparandus. Respondit Chri-
stus: Cùm portam ciuitatis ingressa fueris,
occurreret tibi monasterium Cruciferorum,

accede illuc, & euocato Priore, pete meditationes, quas sibi præparauit & legendis ac ruminandis his tempus impendes. Fecit illa, vt iussa erat, & impetratis pijs commentationibus, læta domum reuerfa est, quotidie se non indiligenter his scriptis occupans.

Sensim tamen subrepsit ei torpor quidam, & negligentia. Hinc ex aridâ dumtaxat consuetudine, & perfunctoriè commentabatur, iamque in dies minùs erga CRUCEM afficiebatur. Assiduitas enim eadem cogitandi non nihil fastidij excitarat. Vltimis proinde diebus ex toto intermittebat has exercitationes, & quæ hæctenus à Christo audierat, è memoriâ excidere non prorsus inuita patiebatur.



H 2

AR-